

demonstravit. Et luxit in limbo quando
christum huius qui erant in tenebris annū
ciavit. **S**ecundo fuit parata ut adven-
tū nos manuduceret. Homo quidem
erat in oculo sautius et non poterat ut so-
lem respicere. ideo deus misit iohannem
tanquam parietem illuminatū. **A**ugustinus
Quomodo plerūque sit ut qui sautatos
habent oculos non possunt videre solem.
sed parietem illuminatū. ideo deus iradi-
avit iohannem. et per illum illuminatū co-
gnitus est ille qui illuminat. Erat etiā lip-
pus nec poterat in solem respicere. **I**deo
missa est lucerna ut per ipsam possit vide-
re. **A**ugustinus. Fulgorem solis lippitu-
do nostra ferre non poterat. **I**deo quesit-
us est iohannes lucerna ut testimonium perhi-
beret veritati. Erat namque in visu debilis.
Ideo missus est iohannes baptista tanquam
mons. ut quod non sufficebat respicere ad
solem respicere possit ad iradiatum mon-
tem. **G**regorius. Qui orientem solē con-
templari non valet iradiatos montes as-
picit. et quod ortus sit sol deprehendit. **T**er-
cio ipsa lucerna fuit parata christo ut an-
te ipsum preiret. Solent enim ante reges
deseri luminaria multa et honeste. sic an-
te christum iohannes tanquam lucifer venit.
Hinc est quod in diebus perfectis unus cere-
us ante euangelium deseri et in diebus se-
culis duo. quod primum aduentum qui ro-
tus debet esse penitentie precessorum lu-
minare sed beatus iohannes. **S**ecundū
vero aduentum qui est festivitatis eterne
precedent duo sed helias et enoch. **Q**uar-
to principaliter videndum est propter quid
ista lucerna fuit preparata. quod notatur
cum dicit. **I**nimicos eius induam suffi-
one. **C**onfudit enim iudeos quadruplici-
ter. **P**rimo ex suo baptismo. **M**atth. xxi.
Baptismus iohannis ex deo erat an ex ho-
minibus. **Q**uicquid autem respondissent con-
fusi fuissent. **S**ecundo testimonio suo. vi-
dit namque se non esse christum. **D**e christo

autem dixit quod erat. **A**ulto autem magis
creditur alicui ferenti testimonium de alio
quam de seipso. **T**ercio ex abstinentia sua.
Matth. xj. **V**enit iohannes non mandu-
cans neque bibens. ac si dicat secundum **C**riso-
stomum. **P**erviam peritiam venimus ego et ioha-
nes et idem fecimus. sicut si venatores per
duas vias peritias aliquod animal inse-
quantur ut in alteram incidat. **Q**uarto
ex sua vita. **S**i enim homo in vtero sancti-
ficatus. sine peccato natus. gratia dei ple-
nus tam asperam vitam duxit. quantam
confusionem habere debemus qui sumus
gratia dei vacui. et in peccatis inueterati et in
modicam penitentiam nolumus sustine-
re etc.

De sanctis iohanne et paulo marti-
ribus. **S**ermo primus.

Multe tribulatio-
nes iustorum. et de omnibus hijs libe-
rauit eos. **D**e istis sanctis martiribus
iohannes et paulo dicit in premisis verbis
quod erant iusti. et tribulati. et liberati. **I**usti
quia ius suum unicuique reddiderunt scilicet
sibi. deo et primo. **S**ibi quia habuerunt
magnam puritatem et etiam magnam fi-
delitatem. **P**uritas autem eorum notat in
hoc quod dicuntur fuisse eunuchi. **L**icet enim
sit quedam castitas nature. et quedam vi-
olentie. et quedam virtutis et gratie. isti ta-
men ex divina gratia propter regnum celo-
rum se castraverunt. **I**sta triplex castitas
tangitur **M**atth. xix. ubi tria eunuchorum
genera distinguuntur. **H**abuerunt etiam
fidelitatem. quia et thesauros sibi a **C**on-
stantia derelictos pauperibus fideliter e-
rogauerunt et dispensarunt. quia nihil si-
bi retinuerunt. **M**atth. xxi. cap. **Q**uis
puras est fidelis servus et prudens et cere-
ra. **E**t humiliter. quia non tanquam domini.
sed tanquam servi. **E**t prudenter. quod non diui-
tibus sed egenis. non vni sed multis. non
post mortem sed in vita distribuerunt.

Secundo fuerunt iusti quoniam ad deum quia sibi exhibuerunt reuerentiam sanctam et fide sinceram. Reuerentiam quidem quod iulianum apostatam qui deum pretempserat contempserunt dicentes. quod religione plenam virtutibus dereliquisti. a te recessimus. et deum tibi proponentes minas tuas non timeamus. Habuerunt etiam fidem sinceram. unde Terentiano emissio ut statunculum adorarent dixerunt. Si tuus dominus est iulianus habeto pacem cum illo. nobis autem alius deus non est nisi pater et filius et spiritus sanctus. **Ro. x.** Corde creditur ad iustitiam. ore autem confessio fit ad salutem.

Tercio fuerunt iusti quoniam ad primum. et hoc quoniam ad tyrannos egenos et amicos et inimicos. Quantum ad tyrannos ipsos grauer arguendo. quod et iulianum apostatam grauer arguerunt. nec ei potestatem timuerunt. Unde **Eccle. xlvij.** In diebus suis non primum principem et in potentia nemo vicit illum. Quantum ad egenos eos cum elemosinis sustentando **Gal. vi.** Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes. Quantum ad amicos eis fideliter consulendo in periculis Unde dixerunt gallicano in periculis constituto. Fac votum deo celi et eris victor melior quam fuisti. Verus enim amicus non cognoscitur in prosperitate sed in aduersitate **Eccle. xij.** Non agnosces in bonis amicum tuum. Quantum ad inimicos ipsos ad pacem et concordiam reducendo. meritis namque istorum tota gens sythica ad pacem et concordiam venit et cum gallicano composuit. **Prover. xvi.** Qui pacem meminertit composita sequetur eos gaudium. Secutum est enim magnum gaudium de hostium pacificatione. de gallicani persione et de stanthe regione observato pudore. Secundo fuerunt multipliciter tribulati. Hostis namque eos est multipliciter persecutus. Primo per blandicias ut scilicet eos alliceret dicens Vos qui in aula regia nutriti estis non de-

betis meo lateri deesse ut primos in palatio vos habeam. Sed ipsi promissiones suas penitus pretempserunt. nec ad ipsum accedere voluerunt neque curauerunt. Secundo ut ipsos detereretur dicens. Numquam vos non ut martyres sed ut publicos hostes. Sed ipse minas non curauerunt neque timuerunt dicentes dominum nostrum ihesum christum tibi preponentes minas tuas non timeamus. Tercio per supplicia ut eos vinceret. quando eis mandauit quod aut statuam idoli adoraret. aut sententiam capitalem acciperet sed ipsi mortem patiendo vicerunt. Unde beatus **Aug.** Miles casti fidei armis indutus in prelio stetit fortiter dimicauit. pugnavit et vicit non feriendo sed patiente. Quarto occulte eos occidendo ut eorum famam extingueret. sed fama eorum extingui non poterat. quod scripta erat in celo. **Luce. x.** Gaudete quod nomina vestra scripta sunt in celo. Conseruata in domino **Sap. iij.** Immortalis enim est memoria eius quia apud deum nota est et apud homines. et viger in toto mundo. **Eccle. xxxii.** Non recedet memoria eius et nomen eius requiretur a generatione in generationem.

Tercio fuerunt liberati et hoc quia deus dedit eis stantiam. Unde iuliano danti in duceas decem dierum constanter responderunt. Decem preterisse nunc computa dies et modo facito quod tunc te facturum minaris. Secundo dedit ipsis victoriam quia de hostibus triumpharunt. Vicerunt enim mundum per fidem. **i. Johan. secundo ca.** Nec est victoria que vincit mundum fides vestra dyabolo resistendo. **Jacobi iij. ca.** Resistite autem dyabolo et fugiet a vobis. Seipsum et animos suos edomando. **Prover. xvi.** Melior est patiens viro forti. et qui dominatur animo suo et pugnatore urbium. Tercio dedit ipsis coronam. **Jacobi primo ca.** Beatus vir qui suffert temptationem. quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vite etc.

Ipsam enim coronam accipiunt sufferentes per longanimitatem. ideo dicit. Qui suffert temptatorem. Probari per fidelitatem. ideo subdit. Qui cum probatus fuerit. diligentes per caritatem. ideo subiungitur. diligentiibus se. Et quoniam sic liberati fuerunt. ideo nunc multos suis meritis et orationibus liberant. et maxime in iudicio liberabunt. Unde de hoc refert beatus gregorius in dialogo quod dum quedam matrona ecclesiam istorum sanctorum marie sepius visitaret eidem apparentes dixerunt. Tu nos modo visitas. nos autem te in iudicio requiramus. et quicquid poterimus tibi ex tunc prestabimus.

Eodem die Sermo .ij.

Ecce quod bonum et quod iocundum habitare fratres in unum. Beati maritimes iohannes et paulus non tantum fuerunt fratres carne sed etiam fide et passione ex uno patre celesti. et ideo promerenter verbum propositum de eis dici potest. In ipsis quidem fuit vera fraternitas quod notatur cum dicitur. habitare fratres. Et fraternitatis vera unitas cum subiungitur. In unum. Unitatis et fraternitatis magna unitas cum dicitur. Ecce quod bonum et quod iocundum. Circa primum notandum quod fraternitas spiritualis excellit fraternitatem carnalem in tribus. De quibus sic dicit ambrosius. Sanguinis fraternitas interdum sibi inimica est. christi autem fraternitas sine intermissione est pacifica. Illa inter se communia cum emulatione diuidit. hec vero propria cum gratulatione communicat. Illa in consortio despiciat sepe germanum. hec autem frequenter assumit alienum. Ex quibus verbis habet quod fraternitas carnalis sepe habet contentionem. id ad Corinthis .xj. Frater cum fratre in iudicio contendit. Spiritualis autem fraternitas habet pacem et dilectionem. Ecclesi. xxv. In tribus bene placitum est spiritui meo que sunt probata coram deo et hominibus. scilicet concordia fratrum.

amor proximorum. vir et mulier sibi bene sentientes. Duo fratres sunt intellectus et affectus qui tunc sunt concordantes quando intellectus bonum discernit et affectus illud eligendo diligit. Duo primum sunt oculus et cor qui tunc concordantes sunt quando ipsum cor studet oculum ad bonum dirigere. et oculus studet cordi bona renunciare. Vir et mulier sunt ratio et sensualitas que tunc bene sibi sentientes sunt quando ratio sensualitatem regit. et sensualitas rationi obedit. Secundo fraternitas carnalis diuidit communia. Genesis. xij. Diuisi sunt alterutrum a fratre suo. Spiritualis communicat propria. et hoc tam propria temporalia. Prover. xj. Alij diuidunt propria et vitiores fiunt. et quod spiritualia propria. Augustinus. Omnis res que dando non deficit dum habetur et non datur nondum habet quomodo habenda est. Tercio fraternitas carnalis sepe despiciat germanum. Sapientie. x. Per iram homicidij fraternitas deperit. Spiritualis autem amicitiam alienum. Unde augustinus in libro de ciuitate dei. Nullo modo fit minor accidente sorte possessio bonitatis. Non habebit denique istam possessionem qui eam noluerit habere communem. et tanto eam reperiit ampliozem quanto amplius ibi potuerit amare sortem. Secundo ponit fraternitatis vera unitas. Qualiter autem sancti viri uniant dicit cyprianus. Uniuntur enim sicut diuersi radij in uno sole. sic diuersi rami in una radice. sicut diuersi riuuli in uno fonte et sicut diuersa membra in uno corpore. Istis quatuor modis isti beati maritimes iohannes et paulus adinueniunt cum deo uniti fuerunt. Primo namque in una fide sicut diuersi radij in uno sole. Radij namque accipiunt a sole lumen. calorem et virtutem. Illa igitur est perfecta fides que habet de deo veram et indubitam cognitionem. Et quantum ad hoc distinguunt a fide gentium et hereticorum. Caritatem et dilectionem. et quantum ad hoc distinguunt a fide

De Apostolis

demonū virtutem et opationem. et quātum
ad hoc distinguitur a fide malorū christia
norū. **S**cōdō vniunt sicut diuersi rami in
vna radice. i. in vna caritate. **Eph. xij.**
In caritate radicari et fundati. **Greg.**
Ut eū multi arboris rami ex vna radice
prodeunt et pcedunt. sic etiam similiter
multe virtutes ex vna caritate generantur.
Nec habet aliquid viriditatis ramus bo
ni opis si non māserit in radice caritatis.
Tercio vniuntur sicut diuersi riuī in vno
fonte. i. in vno spū fontalis sapientie. de
quo fonte dicit **Gen. ij.** Flumēs egredie
bas de loco voluptatis qui inde diuidit
in quatuor capita. i. in quatuor expositio
num genera. s. historicum. tropologicum
allegoricum et anagogicum. **Q**uarto vni
unt sicut diuersa membra in vno corpore
sacro sancte matris ecclesie. que tū vniō a
liquando in presenti sepat aut p culpam
mortalem. **1. Cor. v.** Auferte malū a
vobis ipsis. Et loquit de publico fornicā
tio p excoīcatōnem auferendo. Et quāq;
futuro quando sepabunt mali a dei vī
sione. **Mat. xv.** Discedite a me et a
sanctorū societate. **Mat. xij.** Eribūt an
geli et sepabunt malos de medio iustorū.
Tercio ponit vnitatis fraternitatisq; v
tilitas cum dicit. **Ecce q̄ bonum et q̄ iocūda**
sunt quedam bona. sed nō iocūda sūt
sunt passiones et tribulatiōes que nō sunt
iocūde carni sed tamen sunt bone et vti
les. q; hominem faciunt meliorem. **1. Cor.**
Quando carnalia hominis affligunt tūc
spūalia eius florent. Sicut ergo vernali
affiatu arbores larant in folia et fructū.
Sic in psecutiōib; excitantur anime ad
virtutes. **Q**uedam autem sunt iocūda
sed non bona sicut peccata carnalia. **Pro
uer. v.** Fauus distillās labia meretricis
et. **Ecce q̄ iocūda.** nouissima aut illius

Petro et Paulo

q̄si absinthium. ecce q̄ amara. **Q**uedam
vero sunt que sunt amara sed non bona
nec iocūda. sicut quedā peccata que ha
bent secum penam amaram vt est tristitia
et inuidia. **Prouer. xviij.** Spiritus tristis
efficit ossa. **Eiusdē. xij.** Putredo ossū
inuidia. **Q**uedam sunt bona et iocūda si
cut caritas mutua et cohabitatio fraterna.
Nec enim cohabitatio est iocūda. q; dat
vinctiōem gratie. vnde sequit. Sicut vn
guentum in capite qd descendet in barbā
et. qd est i refrigeratiōe pcupiscētie. vñ
subditur Sicut ros hermon. Et est bona
quia est causa benedictiōis gratie et vite
plennis glorie. vnde subdit. **Quoniam**
illic mandauit dominus benedictiōem et
vitam vsq; in seculum.

**De sanctis apostolis Petro et
Paulo. Sermo primus.**

Ecce deus lumi
naria magna. **L**uminare maius
vt preesset diei. luminare minus vt pesser
nocti. **Gen. i.** Per ista duo luminaria ma
gna mūdi possunt intelligi magna lumi
naria paradisi. s. **Petrus et paulus.** Per
luminare maius intelligit petrus. q; sicut
sol est princeps omniū planetarū et lumi
nariū. sic petrus est princeps omniū apo
stolorū. sed p luminare minus intelligit
beatus paulus q; sicut ipsa luna vltima
est omniū planetarū. sic et ipse beatus pau
lus vltimus fuit omniū apostolorū. **L**u
minare autem maius preest diei. q; petrus
erat apostolus iudeorū quib; erat lux fidei
et diuine legis. **P**reest luminare minus
nocti q; et paulus fuit apostolus gentiū
in quib; erant tenebre ignorantie et in
delitatis. **I**sta namq; duo luminaria sol
et luna habent in effectu magnam po
testatem. in motu magnam velocitatem.
in luce magnam claritatem. in situ magnā
sublimitatem. et in quantitate excellentē